

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. XVII. De Officio Judicis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

Criminalibus. *d. l. j. O. C. a. u. Verbalis* fit vel *Publice* per Præconem, *fac. c. f. X. qui matrim. accus.* Edictum Publicum. *Clem. 1. d. judic. (c)* *Res. Gr. d. A. 1653. 57. t. von Justit. S. 9. 10.* vel *Privatim* in faciem, vel ad domum *a. l. 4. §. 5. 6. ff. d. damn. inf. habitationis*, vel (2) *Immediata*, quæ fit sine alterius Judicis subsidio, vel *Mediata* s. *Subsidiaria*, quæ fit Mediante alterius Judicis subsidio. *a. l. f. ff. d. jurisd.* vel (3) *Dilatoria*, quæ ulteriorem dilationem haud denegat, vel *Peremptoria*, quæ *Præcisam Comparitionem* mandat: veluti per verb. peremptorie aut æquipolentem formulam. *l. 71. ff. d. jud.*

TIT. XVII.

De Officio Judicis.

De Officio judicis in genere.

Superest, ut de officio judicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet iudex, ne aliter iudicet, quam Legibus, aut Constitutionibus, aut moribus proditum est.

In iudicio noxali.

1. Ideoque, si noxali iudicio aditus est, observare debet, ut, si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: *Publicum Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.*

In actionibus realibus.

2. Et si in rem actum sit coram iudice: sive con-

(c) *Quoties propter ejus, qui citandus est, latitationem aliamve causam privata citatio inutilis futura, publica adhibenda est. Clem. 1. d. judic.*

tra petitorum judicaverit, absolvere debet possessorem: si contra possessorem, jubere eum debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed, si possessor neget, in presenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituisse. Et, si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, si illorum, quos perceperit, in utraque actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit. Si vero bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

In actione ad exhibendum.

3. Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere; id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque, si inter moras exhibendi usucapta sit res a possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum mediæ temporis, id est, ejus, quod post acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam intercesserit, rationem habere debet iudex. Quod si neget is, cum quo ad exhibendum actum est, in presenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, ut tamen caveat, se restitutum. Quod si neque statim iussu iudicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris intererat ab initio rem exhibitam esse.

In

In iudicio familiae erciscundae.

4. Si familiae erciscundae iudicio actum sit, singulas res singulis heredibus adjudicare debet. Et si in alterius persona praegravare videatur adjudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut jam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumpserit. Quae quidem similiter inter plures quoque, quam duos coheredes subsequuntur.

Communi dividundo.

5. Eadem interveniant, & si communi dividundo de pluribus rebus actum sit. Quod si de una re: veluti de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes ejus singulis adjudicare debet. Et si unius pars praegravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si commode dividi non possit; veluti si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus uni adjudicandus est, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus est.

Finium regundorum.

6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet iudex, an necessaria sit adjudicatio, quae sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quo casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit. Contumaciae quoque nomine quisque eo iudicio

dicio condemnatur: veluti si quis jubente Judice metiri agros passus non fuerit.

De adjudicatione.

7. Quod autem istis judiciis alicui adjudicatum fuerit, id statim ejus fit, cui adjudicatum est.

I.

Judex est Persona, quæ *Autoritate Publica* causas cognoscit & definit. a. l. 1. ff. ad L. Jul. amb. j. l. 1. ff. d. re jud. *Judicis Competentia* æstimatur ex 1) *Jurisdictione* in causa controversa *Competente*. l. 5. C. jurisd. omn. jud. 2) *Foro Rei*. L. 2. C. d. t. (a) idque est vel *Generale* s. *Domicilii*. l. 19. §. f. ff. d. jud. l. f. C. ubi in rem act. vel *Speciale*, quod ipse sortitur (1) *ex Loco Contractus* l. 21. ff. d. O. & A. l. 3. ff. d. reb. auct. jud. possid. (2) *Ex Loco Delicti*. l. 1. C. ubi de Crimin. (3) *Ex Loco Rei Site*. l. f. C. ubi in rem. act. (4) *Ex Connexitate Cause*. l. 10. C. d. jud. (5) *Ex Prorogata Jurisdictione*. L. 14. ff. d. jurisd. (b) l. 4. C. eod.

II. *Officium Judicis* comprehendit id, quod Judex, tanquam *Judex*, facere debet, scilicet 1. *Causæ Cognitionem*. 2. *Sententiæ Pronunciationem* &c, si opus sit, *Executionem*. Itaque is judicet secundum *Leges & Mores. P. R. f. h.* quod si enim *Sententia lata* sit contra *Jus Consti-*

Pr. I. h.

(a) *Non reus actoris, sed actor rei forum sequitur*. L. 2. C. d. jurisd. omn. jud.

(b) *Qui se Judicis incompetentis jurisdictioni semel subjecit, illius jurisdictionem agnoscere tenetur*. a. l. 14. ff. d. jurisd. i.

tutio-

tutionis s. in *Thesi*, eadem vitio nullitatis laborat. l. 1. §. 2. ff. *quæ sent. sin. appell.* l. 2. C. *quand. prov. non est nec. ceu judicatum in F. J. L. M. Mart. 707.* sed si lata contra *Jus Partis* s. in Hypothesi per *Appellationem suspendenda est. d. l. 1. §. 2. l. 27. ff. d. re jud. sic pron. F. J. L. Mens. Aug. 711.*

III. Est autem *Appellatio* legitima *Provocatio* ad *Superiorem* Judicem, ut tollatur *Gravamen*, quod per *Inferiorem* Judicem illatum esse arguitur. l. 1. ff. l. 29. C. *de appell.* Ea requirit observari *Fatale* (1) *Appellationis Interponendæ XXX. dierum. Auth. Hodie C. d. Appellat. j. l. 1. §. 7. ff. quand. appelland.* (2) *Apostolorum Petendorum XXX. dierum. l. 24. C. d. appellat.* (3) *Appellationis Introducendæ*, Jure Civili Arbitrio Judicis definiendum. l. 2. l. 5. C. *d. temp. & repar. appellat.* Imperii Camerali VI. Mensium. R. J. d. A. 1654. §. 67. Sax. *El. unius Mensis. Appellations-Ordnung t. von Appellationen, wie die angenommen. §. 1. C. S. p. 855.* (4) *Appellationis Justificandæ*, per *Deductionem Formalium & Materialium*, intra spacium unius Anni, vel, juxta causa id exigente, Biennii. *Auth. Ei qui. C. d. tempor. & repar. appell.* Hoc in Camera non attenditur, sed in *Saxonia Elect. Prefecturis. Verum in Supremo Judicio Appellationum & Curii Provincialibus* Justificatio facienda in Proximo *Judicii Terminò* juxta *d. t. Appell. Ordn. §. Darum wann. Ref. Grav. d. A. 1653. 57. gr. 28.*

IV. *Appellationi* affinis *Leuteratio* est, remedium suspensivum, moribus Saxonice intro-

ductum, quo *gravatus* apud *eundem* *judicem* in scriptis *sententia* *late* *declarationem* *petit*. *O. P. S. T. 35. P. 1. C. El. 19.* Ea *habet* *Fatale* (1) *Decendii* *Leuterationis* *interponenda. d. t. 35.* (2) *Citationis* *petenda* *6. sept. & 3. d. ex tempore* *interpositionis. d. 1. §. nachdem.* (3) *Prosecutionis* *facienda* *in* *Termino* *quoad* *Formalia* *&* *Materia-* *lia. d. §. Dec. El. 69.*

V. *Officium* *Judicis* *dividitur* *in* *Nobile*, *quod* *proprio* *motu* *vel* *ad* *nudam* *implorationem* *ex-* *ercetur, a. l. 19. ff. d. R. N. l. 13. ff. d. Offic. Pres. l.* *un. C. ut quæ* *desunt* *Advoc. part. P. 1. C. El. 25. &* *Mercenarium*, *quod* *ad* *actionis* *institutæ* *natu-* *ram* *adstringitur. a. l. 38 ff. d. hered. pet.*

VI. *Officium* *Judicis* *versatur* *circa* *Actionem* *vel* *Personalem* *vel* *Realem* *vel* *Mixtam.* *In* *Actione* *Personali*, *ut* *Noxali*, *reus* *condemnan-* *dus* *est* *vel* *ad* *solvendam* *litis* *æstimationem*, *vel* *ad* *noxæ* *(v. g. Servi)* *deditionem.* §. I. *J. h. in* *Reali* *vel* *Absolvitur*, *actore* *intentionem* *sua-* *m* *non* *probante,* §. II. *J. h. j. l. 4. C. d. edend. vel* *Condemnatur* *ad* *Restitutionem* (1) *Rei* *Petite*, *quæ* *facienda* *Jure* *Civili* *statim*, *eaque* *cum* *exi-* *stit*, *manu* *militari* *auferri* *petitorique* *tradi* *pot-* *est. l. 68. ff. d. R. V. nisi* *impetrata* *fuerit* *ex* *justa* *causa* *Dilatio*, *præstita* *fatisdatione* *de* *solvenda* *litis* *æstimatione*, *si* *intra* *tempus*, *quod* *datum* *est*, *res* *non* *fuerit* *restituta.* §. II. *J. h. In* *Actio-* *ne* *Personali*, *cum* *rei* *restituendæ* *est* *copia*, *e. g.* *in* *commodato*, *deposito*, *pariter* *facienda* *sta-* *tim* *Restitutio*, *etiam* *hodie.* *Jure* *Sax. El. in* *Actione*

Actione Reali post 14. dies, a tempore *Insinuati* Præcepti Executivi computandos, Res Mobilis Reo aufertur Actorique præstatur. O. P. S. T. 39. §. nemlich, in Immobilem ipse immittitur. Verum in *Actione Personali* aut Reali, cum quantitas certa aut rei æstimatio præstanda est, *Jure Civili Quadrimestre Intervallum* indulgetur. l. 2. l. f. C. d. Usur. rei jud. *Jure Sax. El.* elapsis 6. sept. & 3. d. a tempore *Insinuati* Præcepti Executivi numerandis, Executio perficitur. O. P. S. T. 39. §. Wann aber. conf. R. J. d. A. 1654. §. Damit auch. (2) *Cum Omni Causa.* l. 20. ff. d. R. V. proinde *Possessor Bonæ Fidei* fructus perceptos & extantes restituit, non consumptos. §. II. J. b. l. 22. C. d. R. V. quia eos consumendo lucratur in *Judicio singulari.* l. 4. §. 2. ff. fin. regund. non universali, nempe *Hæreditatis* petitione, in qua obligatur ad restitutionem, quatenus ex fructibus est factus locupletior. l. 25. §. 2. ff. d. hered. pet. id quod *Mores Germanorum* quoque in *Judicio Singulari*, videlicet rei vindicatione, observare solent. a. l. 206. ff. d. R. J. At *Male Fidei Possessor* Fructus Extantes & Consumptos Perceptos & Percipiendos Restituere compellitur. §. II. J. b. l. 22. C. d. R. V. l. 62. §. 1. ff. eod. l. 1. §. 1. C. d. hered. pet. Omnes autem post *litem contestatam* pro m. f. possessoribus habentur. §. II. J. b. d. l. 22. l. 25. §. 7. ff. d. hered. petit.

VII. In *Actione ad Exhibendum* in rem scripta a. l. 3. §. f. l. 12. §. f. ff. ad exhib. Reus condemnatur ad exhibitionem (1) *Rei cum omni causa*, quam

habiturus esset actor, si, cum primum ad exhibendum egit, res exhibita fuisset. Ac proinde Exhibenda Res, licet inter moras judicii a possessore usucapta sit, item Rei Fructus post litem contestatam (& ante rem judicatam. *l. 3. §. 1. ff.* §. 3. I. h. *d. Usur.*) perceptus §. III. *J. b.* quando hoc iudicio præparatorio victus de re principali iudicio contendere supersedet. *d. §. j. l. 9. §. 8. ff. ad exhib.* (2) Statim faciendam, nisi ex justa causa dilationem impetret, atque se rem restitutum caveat. §. III. *J. b.* *Adversus Contumaces per dolum aut culpam latam* Actori permittitur præstare *Furamentum* in litem *Affectiois*. *l. 5. pr. §. 3. ff. d. in lit. jur.* cæteri in id, quod interest, damnandi sunt. §. III. *J. b. j. §. 31. J. d. act. l. 2. §. 1. ff. ad exhibend.*

VIII. In *Actione Mixta*: ut (1) *Familie Heriscundæ* *Judex* jubetur quoad 1) *Rerum Divisionem* res singulas singulis hæredibus tribuere, & §. 4. I. h. inæqualitatem Adjudicatione emendare. §. IV. *J. b. j. §. 20. J. d. act.* 2) *Præstationes personales*, Cohæredem Cohæredi ad luera hæreditaria communicanda damnumque lata & levi culpa datum refarciendum condemnare. *d. §. j. l. 19. l. 25. §. 16. ff. fam. herc.* *Hodie* Extrajudicialis *Divisio* frequentior est, quam *Judicialis*. *Jus Saxonicum* in *Divisione* inter *duos Cohæredes* recepit *Jus Optionis*. *X. l. 3. a. 29.* quod est *Jus Personale*, *P. 3. C. El. 15.* & competit Cohæredi *Minori*, vel *Masculo* cum *Fœmina* concurrenti, in bonis *defuncti*, posteaquam vel *Cohæres Major* vel *Fœmi-*

Fœmina cum Curatore partes hæreditarias constituit. *d. Const. In Actione (2) Communi dividundo*, cum de Rebus Pluribus agitur, singulæ singulis tribui debent. Quodsi de Una Re agatur: ut fundo, atque is possit commode dividi, aut æqualiter aut inæqualiter, ita ut partes singulis adjudicentur, dividatur; cum non potest res commode dividi, Tota Uni adjudicetur & is, nec non partem prægravantem in fundi &c. divisione inæquali nactus, alteri certa pecunia condemnetur, §. V. *J. b.* atque in hac Adjudicatione, qui Majorem Rei Partem habet, alteri solet præferri. *L. 34. §. 2. C. d. donat. (s)* etiam *hodie*, ceu resp. *Fac. Jur. Lips. Mens. Sept. 706.* Præstationum Personalium, sicuti in Judicio Familiæ Herciscundæ dictum, habenda quoque ratio. *a. l. 11. ff. l. 4. C. comm. div. In Actione (3) Finium Regundorum Judex adhibere tenetur* 1) *Adjudicationem* urgente necessitate, scilicet si evidentioribus finibus agros distingui commodius est. §. VI. *J. b.* 2) *Condemnationem*, si forte fines sunt malitiose corrupti. *d. §.* Idem Judex enim de finibus & corruptis finibus cognoscere potest. *l. 4. §. 4. ff. fin. reg. & in id quod interest condemnare. l. 4. §. 1. ff. eod. j. l. 3. ff. d. in lit. jur.* Præterea *Contumacia* ejus, qui jubente judice agros metiri passus non est, coërcetur *condemnatione in id quod interest.* §. VI. *J. b. j. l. 4. §. 3.*

(c) *Quando res communis uni adjudicanda est, qui majorem ejus partem habet, præfertur.* *a. L. 34. §. 2. C. d. don.*

O o §

ff. fin.



ff. fn. regi. Solent etiam *hodie* Judices delegati, sive Commissarii ad Ocularem inspectionem constituti, sæpe Agrimensores adhibere, ad Ichnographiam (einen Abrisß) faciendam. l. 8. §. 1. ff. l. 3. C. *fn. regund.*

- IX. In Actione familiæ herciscundæ, communi dividundo & Finium regundorum sæpe est necessaria *Adjudicatio*, qua Judex, *ob difficultatem divisionis* declinandam, aut *fines evidentius distinguendos*, Totam rem Dividendam finesve confusos, aut Portionem Debita Majorem, in unum ex litigantibus transfert, sub onere certæ præstationis, v. g. pecuniariæ, alteri
- §. 4. §. 6. litigantium parti faciendæ. §. IV. V. VI. *J. b. l. 22.*
I. h. §. 1. 2. 3. ff. *fam. herc.* Per quam *Adjudicationem* transfertur *Dominium*, quando adver-
- §. 7. I. h. sarius fuit Dominus. §. VII. *J. b.* Si non fuit Dominus, ei cui facta adjudicatio, usucapiendi saltem facultas acquiritur. l. 17. ff. *d. Usur. & usuc.*

TIT. XVIII.

*De Publicis Judiciis.**De differentia a privatis.*

Publica judicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent cum ceteris judiciis, de quibus locuti sumus, magnaue diversitas eorum est in instituendis, & in exercendis.

Etymologia.

I. Publica autem dicta sunt, quod cuius ex populo executio eorum plerumque datur.

Diviso.